


FLORILE-  
GVS ÆGYPTIACVS

IN  
AGRO SEMPRONIENSI,

A  
CHRISTOPHORO LACKNER  
I. V. D.

CONDUCTVS,

ANNO  
M. DC. XVII.



---

KERESZTVRINI,  
*Ex Officina Emerici Farkas.*

M. DC. XVII.




FLORILE-  
GVS ÆGYPTIACVS

IN  
AGRO SEMPRONIENSI,

A  
CHRISTOPHO LACKNER  
I. V. D.

CONDUCTVS,

ANNO  
M. DC. XVII.



---

KERESZTVRINI,  
*Ex Officina Emerici Farkas.*

M. DC. XVII.

667716

MAGYAR  
TUDOMÁNYOS AKADÉMIA  
KÖNYVTÁRA

MTAK



0 00002 33675 6



M. TUD. AKADÉMIA KÖNYVTÁRA  
Könyvtár... 2085 / 19... 83 sz.



FIAT VOLUNTAS TVA.



· I N S I G N I A ·  
CHRISTOPHORI · LACKHNER ·  
· I · U · D ·

*Speḗtabili atq; Magnifico*

**DOMINONI**

*COLAO ESZTERHASZ*  
*DE GALANTHA, LIBERG*  
*BARONI IN MUNKACH, LAAN-*  
*ser, Strechen., Zolyom., Lakenpach*  
*& Betzko &c. Sacratiss: Cæs: Re-*  
*giæq; Mttis Consiliario, Patro-*  
*no suo benignissimo æta-*  
*temq; colendo.*

*à*

*Sempiterno salutis Auctore S.*  
*Et pacem p.*



*ILLVSTRIS atq;*  
*Magnifice Do-*  
*mine Et c: quam*  
*bene ac venuste*  
*Author edixerit: Struxerunt*

EPISTOLA

alij nobis, nos posteritati, sic aliis acceptum reddimus officium. Is comprobatur, qui beneficium non modo agnoscit, verum meritum identidem omni studio retribuere vel posteritati quoque cum nominis proprii fameque propagatione laborat.

Macte industriam et conamine celebraris et tu Magnifice Vir, qui beneficium pie et agnoscis, et felicitatis Authori omnia adscribis, id quod tuo sapiente conatu singularique modestia et humanitate eo ipso comprobato, quod in tua Regia ad Inuictissimum Imperatorem



## DEDICATORIA.

*MATTHIAM DN. nostrum Clementissimum; Anno M. DC. XIV. LINCIUM, Legatione pientissimè sanè Altissimi benignitatem; in itinere vittatâ navî secundo Danubio celebraveris, & mecum quasi per vocabula Tropica ac Metaphorica ex Genesii 32. Cap. hæc protuleris: In baculo meo, ut Iacob transivi, hoc est migravi è Patria, & cum duabus turmis in Patriam regressus sum.*

*Porro dictum testatum; red-do, quod simul in tuis bonis, non modo ruinam minãtia, omnesq;*

EPISTOLA.

defectus in integrum restituis; verum & novas structuras meliorationibus erigis, & sic acceptum posteritati cum incremento & usurâ gratæ refers gratus; Ingrato numquid pejus quid creat terra? Quare cum multifariam me favore tuo in eadem Legatione una indignum exceperis, alloquioq; tuo ac familiaritate dignum judicâris, nec satis agree, minus referre queo, habeo tamen, tantas, quantas maximas debeo gratias immortales.

Quo vero argumentum gra-

DEDICATORIA.

titudinis in propatulo sit, nomi-  
 ni Tuo Magnifico adscripsi  
 Florilegum Aegyptiacum, quem  
 pro tua rara divinitusq; data  
 discretione tuis novis structuris,  
 adaptare, ad aliaq; literato Vi-  
 ro digna accommodare benigne  
 digneris; Sic hecatomben quia  
 promittere nequeo, minus pra-  
 stare possum, pro Tutamine  
 tamen & Tutela Magnifi-  
 centiae Tuae addictissimus cordi-  
 citus oleum vellanas caprarum  
 opeilula hac duntaxat offero.

Vale cum praedilectis tuis,  
 Castissima Consorte & Ma-  
 gnae spei Magnif: Stephano

EPISTOLA

ESZTERHASZ &c. ad  
Nestoreos annos, & me Ma-  
gnifice Vir pro tua Humanita-  
te amore solito prosequi perge.  
Anno M. DC. XVII. Sem-  
pronij inter reliqua, die XX.  
Augusti.

Magnificentiae Tuae addi-  
tissimus servus.

CHRISTOPHORVS LAK-  
NER. I. U. D.

D E D I C A T O R I A .

E P I G R A M M A

I N

F L O R I L E G V M Æ G Y P T I -  
A C V M A V T H O R I S .

*Quadrupedum Ægypti arte notas pinxisse  
(feruntur,*

*Scribendi quod non cognitus usus erat.*

*Dogmata tradebant arcana, ignobile vulgus,*

*His ne quàm primùm nosceret illa satis.*

*Fingere sic mentē mortalibus ipse sagacem,*

*Floribus Ægypti consitus optat ager.*

*Christophorus Hausmannerus*

*Ratisb : Semp : Scholæ*

*Rector.*

V O T V M .

*Omnia quæ scripsit Veteri molimine nobis*

*Docta prior atas, utilitate fluit.*

*Ultima non meruit tãtos, Laknere labores,*

*Perge tamen prosis ritè labore. precor.*

*Bartholomeus Kyß Ecelc-*

*sia Czenkicnsis Mi-*

*nister.*

AD LECTOREM.

AUTHOR,

*Ad benevolum; Lecto-  
rem.*

**I**OHANNES Pierius Valeria-  
nus, Vir æviternâ memoria in hie-  
roglyphicis descriptionibus dignus  
& incomparabilis, quantum in Ægyp-  
tiorum notis earumq; interpretatio-  
nibus laboraverit, luculenter ex Epi-  
stola sua dedicatoria quam præfixit o-  
peri suo, de sacris Ægyptiorum litteris,  
videre est, quâ suum laborem eximi-  
um, sive opus litterarium Illustrissimo  
Cosmo Medici Florentinorum Du-  
ci; Hetruriæq; Principi, Heroi in-  
comparabili vovit, cui etiam ampli-  
cè laborem, industriam & studium su-  
um, quod propter immortalitatem in  
his vocis suis susceperat, declarat, his:  
*Quam verè feliciter id à nobis tentatum  
sit, aliorum iudicium erit: Labores certè*

*incre-*

## AD LECTOREM.

*incredibiles sustinuumus, dum earum rerum explicationem studuimus, qua natura obscuritate, varietateq; involuta, multisq; obstructa difficultatibus, plurimorum vel insignitèr cruditorum hominum ingenia exercere detinereq; potuerint: ut etiam equiorem mihi lectorem fore sperem, ubi viderit me primum in tanta rerum varietate magnitudine ac difficultate, maximo studio, maximaq; animi contentione in hoc argumento elaborare voluisse, & honesto exemplo multorum studia excitare.*

**Q**uantum vero is labor profit, antiquitatis & historiarum studiosis, nec non hagiographis, Theologiæ & Juris Sacerdotibus, nemo nisi mentis oculo sic captus, non videt. Id ipsum luculenter adprobat Pythagoras, qui huius studij admiratione adeo capiebatur, ut vel famâ saltem commotus & incitatus Ægyptum sibi adeundam lustrandamq; putaverit, quo ex harum Ægyptiacarum notarum Præceptoribus atq;

## AD I E C T O R E M.

Doctoribus sive Sacerdotibus arcana  
 & mysteria ceu Thesaurum sibi & po-  
 steritati colligeret publicaretq; quem  
 & reliquit. Plato itidem antesigna-  
 nus & excellentissimus Philosophus  
 omne id quod præstitit, cui mag' ?  
 duntaxat profecto Ægyptiacæ pere-  
 grinationi, debet referre acceptum.  
 Moses, quia à peritis Ægyptiorum Sa-  
 cerdotibus jussu Pharaonis filia, fuit  
 in his mysterijs instructus, sapientissi-  
 mus dictus erat. Hinc sacrae litteræ  
 omnes mystico sermone sive sensu  
 sunt refertæ, quippe ita divina adspi-  
 rante gratiâ Prophetæ omnia prædi-  
 xere, ut videre est inibi; Aperiam in  
 parabolis os meum & ænigmata anti-  
 qua loquar, hoc est; hieroglyphice lo-  
 quar & allegoricè antiquarum rerum  
 monumenta proferam. Ac quia mul-  
 ti in hoc studio laborârunt sedulò,  
 nonnullos lustravi & exinde apprimè  
 ad Emblematicam descriptionem ne-



## AD LECTOREM.

cessaria pro Indice collegi, ut quivis  
 eruditus pro suo captu ingeniosè quas-  
 vis elegantiarum formas & emblematicas  
 adumbrationes sine labore queat  
 depingere, & hieroglyphicè quid de-  
 scribere; imprimis verò is qui secum  
 cogitat: struxerunt alij nobis, nos po-  
 steritati, easdemq; structuras voluerit  
 monumentis antiquitatis condecora-  
 re; vel emblematicis adumbrationi-  
 bus & hieroglyphicis, litteris studue-  
 rit proximum, ad honestatem, sobrie-  
 tatem, industriam, pietatem, humani-  
 tatem, constantiam, & quæ non? in-  
 citare. Sunt autem hieroglyphicæ  
 litteræ apud Ægyptios notæ quorun-  
 dam animalium, aut aliarum rerum  
 sacris monumentis, quæ illi hierogly-  
 phica vocabant, incisæ, quibus vice  
 litterarum utebantur, quum litteræ  
 adhuc non essent inventæ. Quod lu-  
 culentè testatur Cornelius Tacitus  
 lib. 13. Primi inquit, Ægyptij per  
figu-

## AD LECTOREM.

figuras animalium, sensus mentis effingebant. Et antiquissima monumenta memoriæ humanæ, saxis impressa cernuntur. Id ipsum studium, pro viribus subnectere volui, exiguus quidem labor, tamen si profuerit, & nonnullis placuerit, benè mecum agatur, si ex hoc duntaxat amici benevolentiam, adquisivero. Vale candidè Lector, & Florilegum, Ægyptiacum contra malevolos defende, hocq; studiosè oro.



FLORILEGVS

FLORILEGVS

ÆGYPTIACVS

IN

AGRO SEMPRONIENSI

A

CHRISTOPHORO LACKNER

I. V. D.

CONDVCTVS

ANNO

M. DC. XVII.

Pro euidencia prædictorum, Hieroglyphicarumq; notarum, & indice, vt ad candidum & beneuolum Lectorem scripsi & latius patet : hunc vt sequitur laborem suscepi.

A.

Aquam, Denotat tridens in manu  
Neptuni.

Ani-

## FLORILEGVS

Animus varijs curis & sollicitudinibus exulceratus, per nucem per sicam carne spoliatam, denotatur. Item, cædes omni truculentiâ perpetrata, quod in eius testa & quasi osseo monumento omnium telorum signa & quasi vulnera impressa conspiciantur.

Angeli per lilium adumbrantur. Est enim pulchritudinis signum, tam quo ad formam, quàm quo ad colores; Item, pudicitia Virginitatis.

Admonitio per ferulam, quæ & ingenuæ castigationis est Symbolum.

Ædificium extructum, per perpendiculum appensum.

Annus per palmam 12. ramis præditam.

Æqualitas per palmam; quod fructum reddit pari cum foliis equilibrio. Item, victoria.

Æternitas per cedrum, per ciceris imaginem.

Alimonia per ficum.

ÆGYPTIACVS.

Amor per malum, per laqueum.

Ætatis flos per decerptum pomum per-  
sicum, in lance positum figuratur.

Arumnæ per diffractas postratasq; a-  
mines.

Amoris iudicium, papaver florens  
notat.

Adulatores per apes, quoniam mel in-  
ire habent, in occulto caudæ spiculum.

Arcificium, per apes.

Arcana revelata, per effigiem can-  
cri & luminis ad ripam fluvij positam.

Adulterium, per congressum Mæra-  
næ cum angve.

Aboli io per spongiam.

Animadversio per Ianum & secu-  
rim.

Auris vna obturata, æquum Domi-  
num significat.

Aures plures in seruo, longam servi-  
tutem.

Aures obturatae contumaciæ signum.

Ædificationis studiosum per manus.

## FLORILEGVS

Avaricia, per manum sinistram, digitis compressis.

Aggressionis indicium, pes laevus antè porrectus in status est.

Apostoli 12. per fontes 12.

Ærunnæ item, per fluctus, per diluvium, per lacunam, per voraginem, per fossam, per sepulchrum.

Æternum, per circulum descriptum, per spheram, per lunam.

Annum solarem, per quadrangulum.

Absolutum, per metam seu Pyramidem.

Adolescentia, per vestem versicolore.

Annus item, per circulum.

Angeli item, per Sapphirum.

Agricultura, per falcem.

Adulatio perniciofa, per fistulam & cervum.

Antiquitas, per descripta folia.

Animum fortem, Incus denotat.

ÆGYPTIACVS.

Agriculturæ per aratrum, per siuem  
Augustum mensem, per duo flagella  
frumentaria.

Amor item per aspectum Taurinum.

Auditus per auriculam Tauri.

Annonæ vberem proventum, per  
boves pingves.

Annonæ famem, per macilentos bo-  
ves.

Absurdum, per clitellam bovi impo-  
sitam.

Auctoritatis Symbolum, est Equus.

Amicitia, per canem.

Amatores impuros per canem.

Adulator, per canem.

Auditus item per capram, per Tal-  
pam, per auriculas cervi surrectas.

Æstatem denotat sus agrestis facta.

Abortum per lupum ab equa calcibus  
impetum, per mulieris pedem super vipe-  
ram.

Astutum per vulpem.

Adulterum, per fibrum, proditum.

## FLORILEGVS

*namq; est fibrum in venatione deprehensum, suos sibi testes abscindere atq; proijcere, gnarum se eorum precipue assequendorum causa peti. Nam & adulteri eadem pena solent affici vt deprehensi praecisis testibus dimittantur.*

*Æternitas per Basiliscum, eo quod inter serpentium genera hoc vnum vi interfici non possit, vt quidam tradunt.*

*Amatorem per Salamandram in igne positam, quod amorem ex igne significari, apud omnes constat, & ardere se amantes profiteantur.*

*Appetentiam Dipsas denotat. Quos enim momorderit cuiusmodi serpens eos usq; adeo inflammat, vt propemodum exardescere videantur, & supreme sitiunt.*

*Amatorias illecebras per hydram, per Turturem.*

*Æstatem per Ciconiam.*

*Augurium faustum per Aquilam volentem.*



## ÆGYPTIACVS.

Amorem in filios per Pelicanum.

Abstemium, per Noctuam, ova sua desugentem, memorant namque quod ova noctuæ in vino hausta, homines reddant abstemios.

Annum tempus per passerem.

Abdicatio filiorum, per accipitrem.

Accipitrix enim tria ova parere, ex quibus unum saltem scilicet, foueat, ac aliat, reliqua verò duo confringat.

Aer per alas accipitris.

Amor, honestus per colambam.

Animæ immortalitatis, per colambam dorso inaurato, eo quod in futuro seculo aurum perpetuum felicitatis sit sperandum, hoc est animæ immortalitas.

Ædificationis studium, per hirundines quæ nidum astruat & conficiat.

Auxilium implorantes per hirundines in nido ore patente pictas.

Accusator, inanis per anserem.

Augurium bonum, per cuculum, est enim insigne Iunonis.

## FLORILEGVS

Advena per cinclum, quemadmodum & extrema paupertas, eò quod hæc avis adeò sit tenuis & inops, vt proprium nidum sibi comparare nequeat, sed oporteat illam in aliarum avium nidis sua ova deponere.

Acidis qui delectatur, per culicem, quod culices avidissimè appetant acida.

Amor erga simplicitatem, per Delphinum & puerum.

Ægyptus per crocodilum, cuius regionis animal hoc quasi proprium st.

Arrogantia }  
Audacia } cervicè vel ex tento collo notatur.

## B

Bos mactatus victoria signum.

Bellum per equum.

Brutus per suem.

Bellum per arictes duos cornibus se invicem laceßentes.

## ÆGYPTIACVS.

Benignitatem, per Aquilam cum alta,  
quavis alite ex eadem olta cibum capi-  
entem.

Benevolentia mutua, per vespertilio-  
nes, alter ab altero catenatim dependen-  
tes, habet enim id genus animalium mu-  
tuam quandam inter se benevolentiam.

Bibacitas per spongiam.

Bibliotheca, per fasciculum juncorum,  
cui appensa esset sepia, cribrumq<sup>3</sup> illi sub-  
ditum.

Bella, per scutum & hastam in manibus  
Martis.

Belli principium, denotat homo arma-  
tus telum arcu contendens, & ad ferien-  
dum paratus.

Belli apparatus per arcum & sagittas pa-  
ratas.

Bellum sublatum per arcum fractum.

Bona opera, per lucernam.

Bachus per bederam.

Bonum, cito deficiens & ætatis flos  
per pomum persicum in lance positum,

# FLORILEGVS

*quod hoc pomum non diu duret.*

## C.

*Celeritas per equum.*

*Custodia per canem, gruem, per anserem.*

*Casus hominum per cornua cervi. Cervi cornua depingunt hominem varijs fortune flatibus expositum. Cervus enim cornua non semper retinet.*

*Consternatio per capram arunco comprehensam.*

*Cæcitas per talpam.*

*Contumacem per aspidem aurem obturantem.*

*Calliditas per serpentem.*

*Constantia per Gruem. Grues enim pertinacissimè vlatu observant ordinem. Et huius avis penne eodem colore perseverant. Item per Salamandrum.*

*Centum annos per vulturem.*

*Cor hominis per Vulturem, per Clibanum.*

Con-

ÆGYPTIACVS.

Convictorum contemp<sup>tor</sup>. per Aquilam juxta cornicem depictam.

Christus per Pelicanum. Aiunt eundem videntem nidum suū, in quo pulli sunt, igne consumi, pro insigni filostorgia, ignem ipsum ingredi. Item per flumen.

Coniugium per Cornicem.

Concordia per Cornicem.

Candor per Cygnum.

Conventus piorum per gallinam ex sententia Theologorum.

Celer profectus, per pullos perdicis ovi adhuc corticis parte aliqua vestitos.

Concordia rei familiaris per duas perdices incumbantes. Item per Lynam.

Cogitationes immundæ per Vespertilionem.

Consternatum per polypum, ita enim meticulosus esse perhibetur, ut videns piscatorem motu quasi attonitus fuga sibi consulat.

Custos per oculum.

Calumniator per amputatam aurem.

## FLORILEGVS

Conscientiam igne examinatam, per  
*Clibanum.*

Concordia item per duo corda vinculis  
*colligata.*

Captivitas per manus ligatas.

Conatum irritum futurum, per pedes in  
*aqua superficie ambulantes.*

Cogitationem profundam per digitos  
*ori impositos.*

Caput vno digito scalpere, *delicatae  
molliciei signum est.*

Cor per annularem digitum. *Aiunt enim  
nervulum quendam à corde ad hunc  
digitum tendere.*

Contrarietas per duos se contingentes cir-  
*culos adverso motu circumactos.*

Certamen, per vestem rubicundam.

Christus item per vitem, per Solcm, per  
*lilium.*

Cælestium rerum motus per octo rotas  
*radiis insignes.*

Cura per peram.

## ÆGYPTIACVS.

Consilij replerum eor, *per pharetram.*

Consilia & cogitationes *per sagittas.*

Contrarietas item, *per sagittas, quarum  
cuspides invicem convertuntur.*

Cædes *per pugionem.*

Clementia, *per fulmen in toro colloca-  
tum, quod inibi quiescat ira Regis.*

Claritas *per Solem.*

Cœtus piorum, *per Lunam, quod sicuti  
Luna à Sole, ita Ecclesia à Christo il-  
luminatur.*

Circuitio *per stellam* ) *Stellæ namque per-*  
Custodem *per stellam* ) *petuò circumeuntes, & pervigiles, fa-*  
*cta consiliaq; nostra omnia videntur ex-*  
*plorare.*

Coniugia, item *catenæ tam pedibus quàm  
manibus iniectæ denotant.*

Coniugalis vita *per jugum.*

Claves *securitatem denotant.*

Civium servator, *per Quercum.*

Civitatis symbolum est *papaver, quia  
ut in civitate multi homines habitant,*

*sic in*

## FLORILEGVS

*sic in papaveris capite, quasi intra eadem mœnia, multa sunt semina; Et ut Civitas in vicos & domos est distributa; Sic papaveris caput in multas intactas partes est divisum, multaq; interstitia habet.*

**Continencia per amygdala hieroglyphicum.** *Quemadmodum enim amygdala putamen exterius amarum est, testaq; illius lignea durissima existit, intus autem latet fructus suavis admodum & delicatus; Ita continentiæ exercitium amarum est initio, & perdifficile, fructus verò adfert suavissimos.*

**Cædes multiplex omni truculentia perpetrata per nucem persicam carne spoliata.**

**Castimonia per rutam.**

**Concordia per Caduceum,** aiunt namq; *Mercurium angves illos caduceo circumvolutos pugnantes, cum invenisset, diremisse ita ut ambo caduceo eius adhaerent.*



## D.

Dissimulantem vitia per *Simiam*, per  
*pantheram*, per *selem*.

Dives per *Elephantum*, quod talem tan-  
tumq; habeat *prcmuscidem*, ut ea *vicijs*  
*officijs* ferè omnibus illo oppidò *sufficiat*.

Desiderium per *Cervum* ad fontem.

Diligentia per *formicam*.

Diabolum per *hircum* per *Scorpium*.

Discordia per *agnum* & *lupum* juxta se  
*positos*.

Domesticus per *bovem*.

Dolosus per *Vulpem*.

Detrimentum \ per *murem*.

Damnum

Delationibus afflictum per *Basiliscum* ;  
*sicut enim basiliscus, ita & calumniato-*  
*res hominem conficiunt.*

Dæmon malus per *viperam*.

Damnosum hominem, per *Salaman-*  
*dram*.

## FLORILEGVS

*Quippe cui insit perniciosâ adeò vis, ut  
arboris, quam irrepserit poma omnia  
inficiat veneno, & eos qui ederint ne-  
cet.*

*Dominatio orbis terrarum, per Aquila-  
lam.*

*Desertor officij sui per corvum. Aiunt  
enim eum pullos suos simul ac volandi  
potestatem, assecuti fuerint nido expe-  
lere.*

*Difficilem per echinum.*

*Dominum per caput, fasciâ vel corona-  
si redimatur.*

*Deus per oculum, per spheram, per cir-  
culum.*

*Delibatum quid leviter, per linguam  
inter priores dentes non-nihil expor-  
rectam.*

*Detrimentum item per dentes.*

*Dextra juncta dextræ salutationem si-  
gnificat.*

*Dextram porrigere est amicitiam ini-  
re.*

## ÆGYPTIACVS.

Disciplina humana per sementum.

Disciplina per cælum rore pluuium.

Doctrina gentium per mare.

Doctrina sincera per aquas limpidas.

Doctrina minus perspicua per putrum.

Deus per circulum, quod principio & fine careat.

Dolores per sagittas.

Defensio per scutum.

Deditio per clypeum si caput ei submitatur.

Deus item per Solem nullo alio signo addito,

Item per stellam.

Desolatio per Retiam.

Deceptio per hamum.

Dolus occultus per laqueum.

Discordia item per Thuribulum cum vase aquario.

Dissolutio per cuncum.

Diuturnitas per quercum, quod in seros usq; annos prorogetur.

## FLORILĒGVS

Damnum intollerabile per uvam immaturam.

Delicta per vepres.

Dolosum per Rhamnum, urticam, carduum, scites, & reliquas aculeis armatas herbas.

Dialectica per paleas modio dimersis.

## E.

Ebriositas per Pantheram: Pantheræ namq. vini acimodum sunt avidæ, & à venatoribus ebriæ plerumq. capiuntur, fontibus quo potatum eunt, suavissimo, per veteri, potentiq. vino medicatis.

Eremita per Onagrum.

Efferatum per Tigridis effigiem, ob ferociam huius animalis.

Electio per murem, quia purissimum optimumq. ex omnibus quo vescatur diligit.

Exanimatus per murem, quia minimo quoq. exanimascit.

## ÆGYPTIACVS

Eloquentia per Caduceum & Serpentes  
motus nexibus.

Eloquentem hominem per Psittaci ef-  
figiem.

Transfor sive defertor officij sui per  
corvum, quia corvus quem Noa emise-  
rat ex Arca non reuertebatur.

Eloquentia svavis per apis simulachrū.  
semper torrentem.

Eloquentia item interpretandi facul-  
tas, describitur per Mercurium, qui  
Deorum nuncijs fingitur atq; inter-  
pres. Adumbratur autem protensus  
atq; erectus propter orationis vim, alas  
in capite & pedibus habens, vt significet  
volucrem per aëra ferri sermonem.

Exploratio per spiculum.

Eventus lætus per stellam.

Excellentia per cedrum.

## F.

Felicitatem rerum per boves arantes.

## FLORILEGVS

*Flores fructus Symbolum.*

**Furibundus, per Taurum fasciculo feni.**

*Romanis enim mos fuit cornu petarum bouum cornu à feno circumligare, quo obviam prodeuntes admonerentur ab illis cavendum.*

**Famam per equum alatum, ob celeritatem.**

*Est enim fama malum quo non velocius ( ullum.*

**Fornicatores per equos admissarios.**

**Fames per canem. Psal. 58. ubi habetur.**

*Convertantur ad vesperam, & fame conficiantur ut canes.*

**Fuga per canem qui inter crura caudam habet.**

**Fugitivus per cervum.**

**Feracitas per ovem.**

**Furacem per lupum.**

**Famem per lupum hiante ore.**

**Formidolosum per leporem.**

**Funus per vulturem.**

**Fame periturus per aquilam, cuius rostrum enormiter est incurvatam.**

ÆGYPTIACVS.

Fœcunditas per gallinam.

Feracitas vindemiæ per imaginem up-  
pæ; eò quod hæc avis ante tempus vin-  
demiæ clangens vini redundantiam  
prænunciare putabatur.

Fuga popularis per examen apum & fu-  
mum subiectum.

Famis impatiens per polypum, aiunt e-  
nim polypum ita famis impatientem esse,  
vt si alijs destituatur cibus, proprijs ve-  
scatur flagellis.

Famem per locustam.

Furor per crocodilum semetipsum verbe-  
rantem.

Flagitiorum sarcina per dorsum gibbero-  
sum

Fuga per dorsum, quia qui fugiunt prose-  
quentibus dorsum dant.

Furor magnus per craticulam subiecto  
igni cui cor impositum est.

Felicitatem & rerum successum, per  
pulchras manus in somnijs oblatas.

Filius Dei per manum quia omnia fecit.

## FLORILEGVS

Fortitudo per Zonam, hinc cinctus strenuus disinctus ignavus.

Flagellum per manum, in sacris litteris ut: extendam manum meam super Iudam.

Fidei tutandæ indicium per manus ad digitos usq; involutas.

Fortunæ inconstabilitas per spheram cui insidet fortuna.

Fæminarum pudor per velatam faciem.

Fragilitas humana per bullam, per arundinem.

Fides per annulum.

Fortitudinem denotat adamas.

Falsum per speculum.

Famam longè latèq; propagatam, per imaginem fulminis.

Falum per stellam, per colum, per fusum.

Felicitas per navim.

Festinationem lentam per anchoram circumvolutam, per delphinum.

Firmitas seu stabilimentum per duas anchoras.



ÆGYPTIACVS.

Fama per tubam.

Fatigatio per jugum.

Firmandi signum erat clavus.

Felicitas per oleam adiecto caduceo.

Feracitas per vitem cum racemis.

Fæcunditatem cornucopiæ denotant.

Fatuitas per fungum: apud Plautum enim fatuitatis & stupidæ credulitatis est hieroglyphicum.

Fati potestas per caduceum Mercurij.

G.

Gentes varias vno collegio congregatas per malum punicum. Quod grana illa folliculis quibusdam aliquo numero ab alijs segregata provinciarum, veluti limites quosdam præ se ferre videantur, & quasi singulas hominum nationes à se invicem distingvere.

Gentem antiquam per imaginem papyracei fascis.

## FLORILEGVS

Gratum per canem intuentem simula-  
chrum vel sepulchrum.

Gratitudinem per Ciconiam, per Del-  
phinum.

Garrulitas per cornicem per cicadam.

Gloria & victoria per accipitrem, eo  
quod omnes aves volatu antecellat.

Garrula loquacitas per picam.

Gustum absolutum per figuram ling-  
væ intimæ.

Genu misericordiæ sedem esse hierogly-  
phicè Ægypti statuebant.

Genu depositum, humilitatis & superio-  
rem agnoscentis indicium est.

Gratia per Iaspidem, per rosam sine spi-  
nis.

Generis claritas per stellam.

Gloria per lucernam. Significat  
enim lucerna gloriam, hoc est splen-  
dorem nominis, præclaramq; famam &  
victuram in illustri luce posteritatis  
suae celebritatem.

## H.

Homo simplex per ovem.

Humilis per canem.

Homo frugi per Elephantum.

Hæreticum per Talpam. Eucherius  
hæreticos per talpam in divinis litteris  
accipit, ut pote qui licet aliquid cernere  
videantur, ipsum liquida veritatis lu-  
men minimè discernunt.

Hospitalitatem per Æsculapium.

Humilitatem per ciconiam humi ova de-  
ponentem, per iugum, per hisopum.

Hæredipetam per Vulturem, ut puta  
mortuorum bona captantem.

Hyemis symbolum cornix.

Hæreditatis æqualis distributio per hi-  
rundinem filiis suis cibum subministrã-  
tem.

Homo sua tantum curantem per an-  
serem, eò quod anseres aliena ova in suo

## FLORILEGVS

- genere fovere, nequaquam soleant.*  
Hominem malignum per coturnicem,  
*quod purissimam bibens aquam, reli-*  
*quam pedibus conturbet.*  
Hypocrita per Struthiocamelum. *Quem-*  
*admodum enim struthio, neq; pullos nu-*  
*trit, ita hypocrita quamvis rectè alios*  
*admoneat, nullos tamen filios per bene*  
*actæ vitæ exemplum generat.*  
Hominem terrenis affectibus manci-  
patum per cochleam.  
Helluo per Crocodilum hiante ore depi-  
ctum.  
Hominem ab aliorum consortio alie-  
num, sibi soli viventem, per Ang-  
willam. *Quod eam cum nullo alio pi-*  
*scium versari & ne conjugali quidem*  
*usu commisceri deprehendissent antiqui.*  
Homo glabris palpebris, id est libidi-  
nosus.  
Hilaritas per coronam roseam & floru-  
lenta: *Veteres siquidem convivium cele-*  
*brantes ornare se coronis consueverunt.*

## ÆGYPTIACVS.

Honos per *Clypeum*.

Homo resipiscens per *auroram*.

Hebetudo per *plumbum*.

Hilaritas per *oleum*.

## I.

*Ira*, per *Elephantum*. Quamvis enim natura admodum mansueti sint, in iras tamen acriter incitantur, perturbatiq; irritatione aliqua acerbiorē, immaniter efferascunt, ita ut sint tam hostibus quam ductoribus suis, si ab iisdem provocentur, perniciosi.

Iracundiam per *Taurinum* aspectum.

Iraſcendi lenitudinem per *Rhinocerotem*, quippe magna indiget irritatione.

Iuventus soluta per *vitulos*.

Inauspicatum, significat equus cespitans.

Impudentiam per *Simiam*, per *asinum*.

Invidia per *Echinum*, eò quod cum opti-

## FLORILEGVS

*me norit se. propter cutem præcipue peti,  
cuius vsus poliendis velleribus in ser-  
vit: simul ac in periculum se adductum  
videt, urinâ sua emissâ tergrus omne  
conspersit, sibi conscius id inde pût re-  
scere, aculeosq; sponte mox decidere.  
per hydræ speciem.*

*Ingenij stuporem, per porcum.*

*Insania, per suem immolatum sive aræ  
impositum.*

*Innocentia, per ovem.*

*Insatiabilis per pantheram, quod cuncta  
animalia veneturi.*

*Inedia contactum, per ursam in specu  
pedes lambentem.*

*Ignarum, per asinum.*

*Inchoatæ sed mox desertæ rei signum,  
per asinum currentem adumbrabant.*

*Indocilitas per asinum frenatum.*

*Irrisio per asinum.*

*Ieiunia longa per camelum, quia exi-  
guo admodum pro ingenti corporis mo-  
le, cibo contentus est, sitimque in-*

## FLORILEGVS

duodecimum usque diem tolerare posse  
traditur.

Iudaicum populum per leporem, quia  
formidolosi sunt Iudaei.

Infortunium per mustelam. Animal  
enim inauspicatum infaustumq; esse per-  
hibetur iis, quorum inhabitat domos.

Ingratitudo per Viperam.

Indagatorem sublimium, per gruem,  
quod ea avis altissimè volet.

Iustitia per Vulturem; Vultur enim,  
nihil quod vivit attingit, nec anima-  
tum quicquam interficit; quod acci-  
piter & aquila faciunt, cadaveribus  
quae contenta nullius unquam avis pa-  
stione pollui visa est.

Imperatorem per Aquilam.

Ioannem, per Aquilam.

Insipientiam, per Pelicanum, quod ad-  
modum imprudentè ova sua deponat,  
in locis cuilibet expositis.

Inimici capitales, per noctuam, & cor-  
nicem.

## FLORILEGVS

- Inquietum in honestis, per cornicem,  
cum pullis suis circumvolantem.
- Ingratum, per columbum, qui matrem  
solicitare.
- Iactatum fortunæ casibus, per caudam  
pavonis; quod pavo caudam singulis  
annis amittat & recipiat.
- Iactabundum, hominem, per Pavo-  
nem.
- Impietas per gallum; eo quod matrem sa-  
liat, & patrem, etiam immaniter in-  
cesat.
- Iusticiam, per Struthiocamelum, propter  
pennarum equalitatem.
- Insipientia per Struthiocamelum, caput  
intra frutices abscondentem.
- Ignavum animum per avem otis.
- Ignobilem hominem per asionem.
- Infortunium per favum mellis, de cuius  
summo absinthium pullulat.
- Importunitas per muscam.
- Impudentia, per muscam.
- Indocilitas per muscam.



ÆGYPTIACVS.

Incolumitas per Delphinum frenatum,  
quod multis mortalium extremo vita  
periculo laborantibus, ab hoc animali  
auxilium allatum fuerit.

Inconstantia imagine cancri.

Iudiciorum severitas per echinum, ob a-  
culeum.

Ignobilem, ad claritatem & nobilitatem  
euectum, per crocodilum & ovum eius:  
Aiunt nullum animal à tam parvis  
initis in tantam excrescere magnitudi-  
nem. Ovum eq̄m eius non multò ma-  
gis, quam anseris esse perhibetur, Cro-  
codilus verò ad cubita usq̄, quindecim  
vel sedecim crescendo porrigitur.

Ingratum) per Hippopotamum fluvia-  
Iniustum) lem scilicet equum, siquidem is ab ine-  
unte statim aetate & adolescentia patri  
incipit molestus esse, saepe eum in pu-  
gnam provocans, & decertando supera-  
re tentans, tandem etiam illum necat,  
matrisq̄, affectat coitum.

## FLORILEGVS

Imperfectum quod per Ranam, quod ranarum natura minus sit perfecta.

Inverecundum per ranam, aiunt enim, sanguinem eam in oculis saltem habere, & sub sanguineos oculos inverecundia audaciæq; signum esse.

Ieiunum hominem per cephalum. Est autem cephalus piscis, in metu caput occultans, totum se absconditum existimans, dictus à capitis magnitudine.

Infatiabilitas per hirundinem.

Indocilem per piscem. Item silentium.

Innocentiam per pisces.

Infelicem occipitium calvum denotat.

Inopiam iustitiæ praesidem per oculipatentis chieroglyphicum.

Incola per dentes.

Incolas domesticos per superiores dentes.

Incolas advenas per inferiores dentes.

Innocentiam per puritatem manuum.

Ignavia per manus in sinum confertas.

Impe-

## ÆGYPTIACVS.

Impedimentum per complicatas manus,  
digitis pectinatim insertis.

Iustitia à donis aliena, per statuam iu-  
stitiæ absq; manibus.

Inutilem bello hominem, manus ca-  
rens pollice denotat.

Infamia per medium digitum exporrectū,  
reliquis in pugnam attractis.

Indulgentia per L. num: propter Iubi-  
leum.

Intellectum celeremq; animi, sensu-  
umq; motum per Mercurium.

Institutio per cælum rore pluuium.

Iustitia per trinum vel triangulari for-  
mā.

Ingenij vis per hastam in manu Palladis,  
vnde apud Martianum hasta etiam vi-  
brans penetrabile monstrat acumen.

Iovis supremi gestamen est fulmen.

Imperium summum per Solem. Sole-  
nim claritatis est hieroglyphicum, &  
quasi caelestium corporum Princeps &  
Rex.

## FLORILEGVS

insidiæ per retia.

imperitia per fumum.

Iniquitas per plumbum.

Iustitia item per palmam.

Iudæa per palmam, ob palmarum feracitatem.

Incolumitas per laurum, quom eius sit symbolum.

Iracundia delinita per quercum, olea complicatam.

Iuuentus per flores.

Imbecillitas humana per rosam.

Inimicitia capitales, per herbam filicis arundini adalligatam, eò quod antipathia inter eos sit adusq, vt altera alteram enecet.

Inane per arundinem.

## L.

Lætitia per signum vituli.

Labor per forficam.

## ÆGYPTIACVS.

Latro per *agrestem suem*; nam pugnacitas  
apro adeò propria est, ut provocatus à  
venatore minimè fugiat, sed ultrò pu-  
gnam capeſſat & in ostentata tela nil  
veritus irruat.

Longævitas per *cervium*.

Libido per *capram*.

Libidinosum per *hircum*.

Labor servilis per *asinum clytella instra-  
tum*.

Laboriosum per *alas vel pedes gruum*,  
quos homo manibus tenet. Ferunt si-  
quidem non laceſſere ullo labore, qui  
nervos ex alis aut cruribus gruis habet.

Locupletem, per *milvium volantem*,  
siquidem is dum prædam nanciscitur,  
speciosissima aëris intervalla, vno ob-  
errat impetu, quasi latifundia descrip-  
turus.

Livorem per *Vulturem*.

Lascivia per *paſserem*.

Læticiam per *lusciniam*.

Lucifugum, per *formicam* & *alas ves-*

## FLORILEGVS

*pertilionis, nam si alæ tantum vespertilionis formicarum cavo admota fuerint, nulla earum foras progreditur.*

**Libidine exhaustum**, per *ardæam*; aiunt hanc de coitu ita angî, ut sanguinem ex oculis emittat.

**Legum inæqualitas** per *aranearum* telas.

**Leuitas summa**, per *Tipulam*.

**Lachrymæ** per *uiones*.

**Latrocinia** per *crocodilum*.

**Locupletior ex disidijs civilibus factus**, per *angvillarum venationem occupatum*; aqua enim quietâ limpidâq; angvilla rarissimè capiuntur. Sæpius si aqua perturbatur.

**Lucrum** per *caput*.

**Libidinosum** per *hominem glabris palpebris*.

**Lingua præciosa** *silentium* significat.

**Lasciua** per *spinam dorsî*. Siquidem humanam geniturâ à cerebro delabi, perq; id ossis defluere, multorum opinio fuit.

ÆGYPTIACVS.

Libidinis ardor extinctus per genitalia  
defecta, & in fluvium demersa.

Læticia item per manus complodentes.

Libertas per manus explicatas.

Libri per fasciculum juncorum, cui appen-  
sa esset scipia cribrumq; illi subditum.

Litteræ per scipiam & juncum.

Libri legum & Prophetarum per fon-  
tes.

Libertas item per albam vestem.

Luctus per nigram vestem, per saccum.

Lucubratio per lucernam.

Leges per jugum per folia.

Læticia item per vitem.

Libertatis appetentiam felis in mili-  
taribus signis denotabat, quo simbolo  
hieroglyphico indicabant veteres sub ser-  
vitutis jugo detenti, se servitutis impa-  
tientissimos esse, nec magis quam feles  
coërceri ferre posse.

Laboris magni indicium Vitis.

Litteræ per fasciculum calamorum, ex a-  
rundine.

## FLORILEGVS

Lachrimarum hieroglyphicum cape.  
 Lætitia interturbata, per brassicam in-  
 ser duos vitium surculos ad sitam.

# M.

Metus & consternationis hierogly-  
 phicum, per Elephantum ad Stagnū  
 limpida aquæ, unde se tanquam in spe-  
 culo contemplari queat. Hanc enim  
 speciem supra modum formidant.

Mansuetudinem, per Elefantum, per  
 Taurum, per bovem.

Mare, per Taurum propter mugitum.

Mors per formicam, quod in subterraneis  
 caveis habitent, quo mortuorum cada-  
 vera inferuntur: per noctuam, per cau-  
 dam crocodili.

Memoria, per canem, ob memoriam bene-  
 ficiorum acceptorum, quam retinet hoc  
 Animal.

Magistratum bonum, per cervum ex-



## ÆGYPTIACVS.

*trahentem è caverna viperam. Pugna  
namque est cervo cum vipera, cuius ca-  
vernae investigat nariumq; spiritu ex-  
trahit renitentem ac devorat. Ad  
eundem modum Magistratus scelera  
insectari debet.*

*Mulierosum, per cervum exporrecto ge-  
nitali.*

*Multitudo, per formicam.*

*Mundi modum, per Scarabeum: con-  
ficit enim pilulas rotunditate mundi fi-  
guram exprimentes.*

*Musis inimicum, per Tigrim & Tym-  
panum.*

*Mulierem animosam, per Vrsam; ;  
Sunt enim in hoc animalium genere  
femine maribus ferociiores animosio-  
resq;.*

*Magistratus insufficiens per Vrsi ca-  
put: Invalidissimum enim est vrsi  
caput.*

*Munimentum, ab insidiis per Vulpem  
qua scillam gestat. Nam lupum co-*

## FLORILEGVS

velli aiunt scilla contactu; Ideoq; vulpes hanc latebris suis apponere, ut à luporum iniuriâ tutæ sint.

Mundus per angvem; Item per effigiem hominis depicti, complicatis pedibus, veste varia ad talos usq; & aureo globo capiti imposito, ubi pedes complicati terræ firmitatem; varia & oblonga vestis Elementorum ac rerum, quæ ex illis gignuntur, & quibus terra vestitur, varietatem Militiam & copiam: Aureus globus calum sphericum & circularem eius motum denotat.

Mundum etiam Argus circa totum caput oculos habens, adumbrat, caput namq; cali præ se fert imaginem. Oculi stellarum vim indicant.

Mulierem quæ virum suum odit per viperam. Ea si cum mari copulatur caput eius, ori insertat suo, atq; in concubitus conflictu nimia voluptatis vi superata, capite maris mordi cuius amputato maritum extingvit.

## ÆGYPTIACVS.

Militia per ciconiam; quia magno numero certo congregantur loco.

Miserationem per Vulturem femora sua rostro proscindentem exprimebant Aegyptij; Nam nisi aliud quicquam suggeratur; Ipsa suis femoribus rostro vellicatis sanguinem ciet; quem filiis exugendum præbet: tanta curat caritate, ne illi victus egestate deficiant.

Minerva per noctuam: propter minus lucubrandi, & quia nusquam noctuarum maior copia quam Athenis, quæ Minerva imprimis consecratae erant.

Martem & Venerem per duas cornices: quia ex alitis huius fetu duo tantum ova oriri compertum est, inde autem marem & feminam; pariter excludi.

Medicum sibi ipsi, per columbam ramusculum rostro gestantem.

Musicum per Cygnum.

Musicam omnibus numeris absolutam, per Lusciniam.

## FLORILEGVS

Mendacium per picam.

Mora per formicam sub vesperilionis  
alis.

Mare per Delphinum.

Maturitatem per Delphinum anchoræ  
alligatum.

Mutabiliorem chamæleonte, per cha-  
maleontis effigiem. Per Chamæleonta  
namq̄<sup>3</sup> verispellem hominem significari  
volunt, ob varietatem colorum quam  
induit.

Munimentum per testudinem.

Morientem difficillimè per testudinem  
cuius caput est abscisum.

Morosus per Echinum.

Memoria hominis extincta per Ang-  
villam: Angvilla siquidem mortua,  
non sursum ut alij pisces fertur, sed in  
profundo limo computrescit.

Mollities per spongiam.

Musæ per nudum mulieris caput.

Multiscius per imaginem septicipis.

Mollities item per comam.

## ÆGYPTIACVS.

Moderator, per oculos & sceptrum.

Mors item per clausum oculum.

Magnanimitas per pudenda viri, sicuti  
per mulieris formido.

Medium per umbilicum.

Mercatura, mercator, & mercium lu-  
crum, per Mercurij imaginem Marsu-  
pium manu tenentem, gallo ad eius ba-  
sin posito; quod is mercium, & lucri  
Deus haberetur. Quia sermonis ope  
omnia mercimonia & contractus fiunt.  
Gallum illi apponebant, vigilantia sym-  
bolum.

Mutilus vtraq; manu significat igna-  
vum.

Minæ per digitos intra dentes.

Mensura per digitum positum.

Mulcitus per novenarium numerum.

Mundum per sphericam figuram.

Motum humanæ naturæ, per rotas sex  
radios habentes. Tot enim sunt hu-  
mana natura motus, nimirum in an-  
ticam, posticam, ingredi vel retrocede-

## FLORILEGVS

*re, in dextram vel levam: ferri sursum, ascendere, deorsum descendere.*

Muri per coronam.

Mentem obstinatam *Adamas* denotat.

Mors per frameam & alia telorum genera.

Maledicentia per ferram: ob dentium feriem, quæ mordacitatem innuere videtur, sive ob invisum stridorem, maximèq; auribus insensum, quem reddit.

Mensis per lunam deiectis infra cornibus.

Mors violenta, per ignem vi extinctum.

Mors naturalis per ignem sponte deficientem.

Mutuus amor, per duas faces vinculis constrictas, si partem accensam versus cælum habent.

Mulier amore capta, per lucernam ardentem.

Musæ per lyram.

ÆGYPTIACVS.

Malorum irritamentum, per maueum;  
arma siquidem pugiones, cuspides, cul-  
tros malleus excudit, quibus mala  
plurima inter homines perpetrantur.

Moderatio per frænum.

Mortem colus atq; pensa tantum, sta-  
minibus abruptis denotant-

Mulieris obsequium, erga viros per  
vincula in pedibus Veneris.

Misericordia per oleum.

Morosum per Rubum.

Militia per allium & cepe.

Mite & leve aliquid quod ex aspera-  
re provenerit, asparagi simula-  
chro. Nam spina est, qua semen illud  
fert, quo sato molles inde asparagi suc-  
cidantur.

N.

Nequam homo per Simiam.

Navigationem & naves gubernandi  
rationem milvus denotat.

## FLORILEGVS

Navigationem felicem per *Cygnum*, eo quod cygni aquis & Favonio plurimum gaudent.

Nasutum sive Nasones per *Gryphum*, quod illi populi miranda sint nasi magnitudine sicut & gryphes.

Nequitiae efferae homo per perdices duas. Ipsa enim coniuge viduata, sese invicem abutuntur.

Navigatio tuta per *Echinum*; quod imminuentem tempestatem praesentiens attractis capillis sese munit.

Nugas Dialecticorum & Sophistarum per *vanas*.

Nuptiae per *XXX* numerum.

Nobilitatis indicium apud Gracos fuit pileus item libertatis.

Nobilitas per *annulum*.

Nominis clari as per *columnam*, per figuras *obeliscorum*.

Necessitas per *nodum* Macrobio teste: quae enim vincula sunt, se ipsa dissolvere nequeant. Si nodo gladium saijcias,



## ÆGYPTIACVS

qui eum rescindat, fortunam, fatum,  
& necessitatem virtute superari indi-  
cabis.

O.

Obedientia per canem.

Olfactus per canem.

Opes per oves

Obedientem per camelum.

Opulentia per formicam,

Optio per murem. Quippe plures diver-  
sosque panes nactus aut poma, purissi-  
mum optimumque ex omnibus quo ve-  
scatur deligit.

Ordinem per gruem.

Orpheum per Cygnum.

Opus inane per araneam.

Occasum, per Crocodilum humi toto cor-  
pore perfusum.

Ornamenta vitæ necessaria amissa,  
per totius capitis calvitium

Obedientia per aures.

## FLORILEGVS

Origo per ventrem Ibi: Ex ventre matris meae &c.

Officia mutua. per manum alteram manum fricantem.

Ocium per pedem supra pedem.

Ornamentum summum per sellam.

Obscœnitatem glans denotat, ob similitudinem pudendi virilis.

Olea pacem denotat.

Obiurgatio salutifera per absinthium.

## P

Prudentia. per gruem cum lapillo, per ursam, per formicam, per hyacinthum.

Pietatis signum, formica, Elephas. Elephas enim nova apparente luna vivo se flumine purificans, pietatis est signum.

Podagra per bovis pedem; quia articularum dolore vehementer laborat, ita ut ungulos interdum amittat, & pe-

## ÆGYPTIACVS.

*des vehementer intumescant.*

Perpetuus labor. *per bovem sub iugo.*

Profugus *per equum eiusq; seßorem.*

Prophetæ, *per canem, latrans enim canis  
Prophetæ est hieroglyphicum.*

Philautia. *per Simiam, eò quod Simia,  
prolem suam, quamvis fœdißimam,  
omnium tamen animalium formosißi-  
mam iudicet.*

Procreatio rerum *per Scarabeum. Ex  
aquis enim prodeunt Scarabei in lucem,  
ex quibus rerum omnium generatio-  
nem esse, præstantes aliquot Philoso-  
phi dixerunt.*

Procrastinationis dolor. *per Echinum;  
si pingatur iuxta factum suum: propter-  
ea quod alvo stimulado, quam diu po-  
test, partum differat. Unde fœtus in  
utero magis insolescens maiorem postmo-  
dum in pariundo, dolorem affert.*

Perniciosus *per suam rosas conculcantem.*

Peregrinus *per lupum, per vulturem.*

Pernicitas *per Tigrim.*

## FLORILEGVS

Populus Iudaicus per *asinum*.

Præſagium, per *Talpam*, ſiquidem Magi  
Teſte Prodo, cor *Talpæ* ad præſagium  
mirificè conferre aiunt.

Provinciae princeps per *dimidiatum*  
*serpentem*.

Pacem per *serpentem mutatis nexibus*.

Fravitas innocua, per *Scorpium* in a-  
*quam merſum*.

Pietas in parentes per *Ciconiam*.

Pium animum, per *Ciconiam*.

Principem profundæ cogitationis per  
*Aquilam*, cor *Pròmothei adroden-*  
*tem*.

Poſſeſſionatum ſive ſede firma loca-  
tum, per *Aquilam*, lapidem *geſtan-*  
*tem*.

Peregrè profectus, qui diutiſſimè ab-  
ſuiſſet per *Phanicem*.

Præſtantia, per *Phanicem*.

Pietatem in filios per *Pelicanum*.

Patrocinium fruſtra imploratum, per  
*noctuam* & *paſſerem*. Siquidem *paſſer*

*aut*

ÆGYPTIACVS.

*aut alia avicula, aucipis insidias declinare studens, ad noctuam confugit, sperans quasi se illius patrocinio tutam fore, sed ibi intercipitur.*

Pluviæ hyemis seu tempestatis symbolum per cornicem.

Philosophia divina, per accipitrem in altis.

Patrimonium hæreditarium per nidum hirundineum.

Poëtam per Cygnum.

Prodigum per gallinam aureos numos depascentem.

Provectus per vespertilionem; Licet enim non habeat pennas, sola tamen membranula fretus volat.

Paupertas extrema per Cinelum.

Poëtica amœnitas per apes.

Propheta per apes.

Percinacia per muscam.

Pigrum per testudinem.

Periculi evitandi solertia, per Cephalum. Cum enim se retibus circum-

## FLORILEGVS

*ventum senserit, sursum exiliens subera retium transiit, & sic capturam evadit.*

*Principium per caput.*

*Probus per cor loro vel catenâ à gutture suspensum.*

*Pœnitentiam per craticulam ubi luctu, lacrimis & lamentatione conficimur ob peccat. r.*

*Pudicitia per genitale viri manu cohibitum.*

*Patria per umbilicum.*

*Pietas per manus erectas.*

*Preces vel precum indicium per manus supinas in cœlum sublatas.*

*Pedes stantes pro mentis atq; fidei stabilitate.*

*Pedes claudicantes mentis incertitudinem & infidelitatem significat.*

*Pes vitia us aut mutilus aut incoruus significat hominem à recta divina institutionis semita declinantem.*

## ÆGYPTIACVS.

Pes conculcans corpora hominum, *hominem triumphantem denotat.*

Pœnitentiam per digitos intra dentes.

Pax per pollicem manui subiectum.

Peccatorum remissio per annularem digitum ori primò, mox ad dextram aurem admotum.

Perfectio ad septenarium numerum, *propter septies defecatum vel purgatum argentum.*

Prophetas per nubes.

Populi per flumina.

Perditio per mare.

Penna in capite significat sublimem, *non modo supra sensum, verum supra humane intelligentiæ captum.*

Perpetuum per circulum descriptum.

Progressionis indicium per calceum.

Præmia militaris disciplinæ per Torques, per hastam puram, per duplicem annonam, per coronas, per armillas &c.

Potestas per gladium.

Pugnam ancipitem per ferram; eò quod

*serra lignum secans, movè in hanc modo in illam partem assidue trahatur.*

*Præsidium sive tutelam per navim & anchoram.*

*Persuasiones per rhetia,*

*Pietas per ignem, per aram.*

*Perditio per ignem, per fumum.*

*Puritas per Thuribulum.*

*Prædicatio per Tintinnabulum.*

*Pudor per clavem.*

*Pulchritudo sine fructu per cupressum.*

*Prudentia item per morum.*

*Pingvedo per oleum.*

*Progressio per folium ficulneum. Vete- res enim aliquò profecturi, ficulnea fo- lia suspendebant, atq; ita sibi auspica- tum iter fore arbitrabantur.*

*Patria per nidum.*

Q.

*Quietem per equum solutū & pascentem.*

Quie-



*Quietem æternam per fellam.*

R.

**R**EX per Elephantum, propterea quod habeat hoc animi regij peculiare, ut genua non flectat more reliquorum animalium, sed calcaneum leniter incurvet: Regium namq̄ esse perhibent gentia non flectere.

Rationem per Elephantum & suam: Elephas enim designat Regem fugientem, genus hominum vaniloquum.

Repulsam passus, per cervum inter virgulta abditum: cornua enim mares tantum habent, quibus amissis tam diu latent, quoad alia renasci ceperint.

Raptorem per lupum, per accipitrem.

Reverentia in parentes per Camelum: eò quod Camelus nunquam matrem suam superveniat.

Regis potentiam, per angvem in spiram

## FLORILEGVS

*collectum palatij speciem in medio collo-  
cata.*

*Rapacitatem per milvium.*

*Regem suis rebus intentum per aquila-  
m in nido adstruendo sollicitum.*

*Resipiscencia per hirundinem oculos acie  
transfossam, quippe si vulneratis oculis  
obscata fuerit, oculos tamen & lucem  
recuperare fertur.*

*Receptaculum tutum per Delphinum.*

*Remora sive mora per Remoram.*

*Redemptio per XL numerum; Quod  
in populo Israëlitico qui à 5. usq; ad  
20. etatis annum se DEO commis-  
set, potuerit se redimere siclis, id est  
didrachmis 20. quæ 40. drachmas ef-  
ficiunt.*

*Remissio peccatorum per numerum L.  
propter Iubilæum.*

*Regnum per sceptrum.*

*Regimen per temonis figuram.*

*Repente factum per fungum.*

## S.

Surditas per demissas cervi auriculas.

S. upidum per asinum.

Subiugatio per Elephantum.

Solem designat equus alatus. Item

Scarabeus, propter unam speciem Scarabeorum. Estq; radiis quibusdam

insignita. Deinde unicuiq; Scarabeo digituli sunt 30. totidemq; dies

mensis solaris; lupus, quod tanta oculorum acie præditus sit, ut noctis tenebras evincat, & quod ante lucem prodeat ad prædam.

Solis item simulachrum pingebant hominis effigie, juvenili & rotunda facie præditi, quem in navi collocârunt, quam Crocodilus ferebat. Per navigium motum eius caelestem, per Crocodilum a quam pluviâ adumbrabant.

Sophista per suem: que suis bifidis un-

# FLORILEGVS

*gulis, hoc est: variis inutilibusq; at-  
stinctionibus luto inharet.*

*Salacitas per porcam.*

*Sitis diurnæ tollerantia per Came-  
lum.*

*Salacitas item per murem.*

*Sicim dipsas denotat. Quos enim mo-  
morderit, eos usque adeò inflammat,  
ut propemodum exardescere videan-  
tur, & supremè sitiant.*

*Scopum seu locum præscriptum, per  
Vulturem, quod uno volatu ad scopum  
tendat.*

*Solitudo Regni per pullum aquila.*

*Societatem perniciosam, per Aquila  
pennas.*

*Solitudo per Pelicanum.*

*Sapientia per noctuam.*

*Seniorum, per juniores authoritas di-  
minuta, per puerum cornicis oculos con-  
figentem.*

*Sol item per accipitrem.*

## ÆGYPTIACVS.

Sublimipetam & humipetam per accipitrem.

Salubritas per columbam, per palumbes: Quandoquidem edentes carnem palumbis à pestis contagio proseruari, sunt qui putent.

Salcatorem per Turturem cum Tibiis.

Silentium per anserem lapillum rostro apprehensum.

Securitas per Vespertilionem inversi capite pictam, quia maleficiorum amuletum creditur.

Stupidum otis denotat.

Surditas per Turdum, quum præ reliquis avibus hac maximè surditate laboret.

Solstitium æstivum per apes quo tempore quasi ferias quasdam celebrant, quiescentes.

Spes inanis per manum angvillæ caudam præhendere volentem.

Spes certa ambiguae rei, per ficulnea folia, & angvillam iisdem obvolutam.

## FLORILEGVS

Silencium per pisces.

Sanguinarius per hirundinem.

Salus per caput.

Servitus per rasiationem capitis.

Senectus, per canas, per occipitium cal-  
vum significatur.

Severitas per supercilium.

Sagacitas per nasum.

Sermo per Mercurium.

Spes irrita per manus præcisas.

Solis cursus hyemali tempore, per pe-  
des duos compeditus implicitos atq; ita  
progredientes.

Silencium item indice si ori appressus  
fuerit figuratur.

Stomachus per medium digitum annulo  
insignem.

Sæpius repetitum per septenarium nu-  
merum.

SPIRITVS SANCTVS, per septe-  
narium numerum, propter septem vir-  
tutes ab Esai. II. Spiritui Sancto tri-  
butas.

# ÆGYPTIACVS

Sensus quinq; per quinarium nume-  
rum.

Sacerdos, per cribrum per pileum.

Sapientia. Quadrangulo. Sapientia  
imaginem in quadrato statuebāt quem-  
admodum fortuna in rotundo, indica-  
re volentes sapientia firmam seiem &  
inconcussam, sicuti fortuna volubi-  
lem.

Sagum significat bellum.

Sacerdotium Sappirus denotat.

Sobrietas per amethystum.

Sol clarus tranquillitatem, Cœnubila-  
tus perturbationem denotat.

Silentium item per retia.

Sollicitudines vitæ per fumum.

Subiugatio violentia per jugum alic-  
neum.

Servitus per jugum.

Stupidum per lapidem.

Sapientia DEI firma, per petram, unde  
aqua profiliunt.

Sepul-

## FLORILEGVS

Sepulchra per cupressum.

Sterilitas per salicem, Verg: Namque  
hanc inter infœcundas refert plantas.

Supplex per ramum oleæ laurive luna,  
circumvolutus & manu gestatus.

Spes per lilium, eò quod flos sit futuri bo-  
ni pronuncius & frugem paulo post cre-  
scentem polliceatur.

Surditas per arundinis panniculam den-  
sa.

Salutem animæ & corporis per bacil-  
lum, cui serpens circumvolutus est, ve-  
teres descripsere, eò quod serpens spiri-  
tus & vitæ tenacissimum sit animal im-  
becillitatem corporis exuens & ad medi-  
cinam utilissimum.

Spem inanem, per cucurbitam, utpote  
quæ cum ventricosam speciem præ se  
ferat, nihil interim in recessu habeat  
singulare.

Sanitas per absinthium.

Spiritualis gratia per hyssopum.



## T

Theologum *per canem per gallum.*

Temperantia *per Elephantum, per Taurum.*

Tutum ab insidiis *per Echinum.*

Terror improvisus *per suem & leonem fugitivum.*

Tractabilem *per camelum.*

Temporis cursus *per angvem.*

Tempus veniens, *vernum, abiens autumnale notat.*

Trepidatio *per Columbam.*

Turpitude *per pavonem elato uno pede.*

Tardum in divinis *per Vespertilionem.*

Tranquillitas *per alcedinis nidum vel figuram. Namq̄ ubi undosum fuerit mare, positis ovis subito mitescit, & omnes cadunt ventorum, procellæ, flatusq̄ aurarum quiescunt, ac placidum ventis stat mare, donec ova fovet halcyone sua.*

## FLORILEGVS

- Tyrannidem in fabulos per *polypum* & *locustam*.
- Tardum per *testudinem gradient m.*
- Theca atramentaria per *sepiam*.
- Témpus præsens, præ ericū & futurum per *Tricipitium*.
- Tempora quatuor anni per *Ianum quadrifrontem*.
- Terminus actionis per *calcaneum*.
- Taciturnitas per *M. XCV. numer.* quod compertum sit linguam pueri, qui tot dierum numero non incipit fari, præpeditam esse, nec ullam superesse spem ut amplius loquatur.
- Testamentum vetus & novum, per *abyssum invocantem abyssum*.
- Terra per *spheram*.
- Theologia per *Rotam*; eò quod terram ima saltem attingat superficie, reliquū in *siòlime* tollatur,
- Trinitas trino seu triangulari *Pyramide*.
- Toga civem Romanum, Item pacem significat.

## ÆGYPTIACVS.

Testamentum *vetus*, per *album* colorem.

Testamentum *novum*, per *rubeum* vel *rubicundum*.

Temporis *maturitas* per *falcem*.

Triumphus per *currum*.

Temperantia per *frænum*, per *caprificum*.  
*Caprificus* namque collo *tauri* alligata, lasciviam eius cohibere dicitur.

Tenacitas per *hederam*.

Terram habitabilem, *papaver* denotat.

*Nam* prout in *Civitate* multi habitant sic in *papaveris* capite multa sunt *semina* & ut *Civitas* in *vicos* & *domos* est distributa: sic *papaveris* caput in multas intus partes est divisum, multaq; interstitia habet.

## V.

Vitæ suæ consulentem, per *Elephantum*, propter eam, quod dum à venatoribus

bus

## FLORILEGVS

*bus insectatur, dentes suos illis arboribus excutiat, sciens se eorum causa peti, ut ita præda derelicta vitæ ipse sue prospiciat.*

*Vitia corporis per vaccam.*

*Vastatio per formicam & fasciculum organum.*

*Vnigenitum per Scarabeum, quia solus sibi seminum existit & singuli ex singulis procreantur pillulis.*

*Vaniloquentiam per Elephantum & suem.*

*Vicio per Tigrim & equum dilaceratum. Item per apes.*

*Visu acri præditum Lynx denotat, item aquila.*

*Vigilantia per leporem.*

*Vana sapientia per noctuam.*

*Vita feliciter. perfunctum per cornicem. vita functam. Cornices enim in multos annos vivere perhibent.*

*Vidua perseverantis continentia, per columbam nigram.*

## ÆGYPTIACVS

Vitiorum correctio per oblationem *Turturum*.

Viduitas continentissima per *Turturum* ramo arido insidentem.

Ver. per *hirundinem*, per *cuculum*.

Vigilia per *gallum*.

Victoria per *gallum*.

Vinearum incolumitas per *gallum album* à duobus viris pedibus apprehensum & ab iis discerptum: Nam tali modo discerptus *gallus*, olim *Methone* in *Trazeniorum* agro pro vinearum incolumitate maclari solitus est.

Vespertilionum mors, per *hederam*, cui insidet *vespertilio*, quia *hedera* suffumigata moriuntur.

Viticium per *upupam*.

Valetudo diuturna per *apes* in sacundo olea ramo confidentes.

Ver. per *cuculum*.

Virginitas incorrupta per *apes*.

Vita vnius diei per *Ephemeron*.

Velocitas per *Delphinum* mirifica siqui-

# FLORILEGVS

*dem est velocitatis, & velocitate ferè in-  
credibili se jaculatur.*

*Virilitas per barbam.*

*Vires humeri denotant.*

*Vita per apertum oculum.*

*Verecundia per os.*

*Vita humana per cor.*

*Voracitas insatiabilis per ventrem.*

*Vitio per digitos intra dentes.*

*Vitæ humanæ cursum per septenarium  
numerum.*

*Vita piorum, per palmam.*

*Vaticinium per laurum.*

*Venerca voluptas per 16. numerum.*

*Viduitas per LX. numerum, quod mulier  
eius atatis minus idonea sit ad con-  
ceptionem.*

*Virum sapientem per cribrum.*

*Vehementia per cataractas.*

*Vitiorum pelago immerfi, per dilu-  
vium.*

*Vir probus quadrata forma.*

ÆGYPTIACVS.

Virginitas item per Zanam, per liliū  
per Smaragdum.

Virtus in mulieribus per Venerem ar-  
matam.

Velocitas per alas & sagittas.

Unitas per Solem.

Vim apertam, per Tridentem; Sicut  
enim per hamum oculi pisces capiun-  
tur, Ita per tridentem hostis aperto Mar-  
te conficitur.

Vita, per lucernam.

Uxoris ducendi necessitas per ignem  
& aquam, hoc est. Thuribulum & phi-  
alam.

Virtus, præsentia præstantioris obnu-  
bilata, per ignem, soli expositum.

Venatio per retia & laqueum.

Vicia, per catenas, quod vitia se invi-  
cem gignere & artissimè complecti  
conferre.

Vitæ humanæ commercia, per molam.

Victoria, per palmam, per laurum, per  
oleam.

## FLORILEGVS

Virtutis simulachrum per *clavam Herculeam* valido robore.

Vetustas per *hederam*.

Vnicula per *salicem*.

Veritatis dulcedo per *ficum*, una cum *melle*.

Veritas per *pomum persicum* uno saltem *folio* adhaescente. Item per *Mercurium* in *quadrata basi* sine *pedibus* pictus, qui *veri sermonis firmitatem* ac *robur* indicat.

Vitæ fragilitas per *pomum persicum* in *lance* positum.

# X. Y.

# Z.

Zelotypia per *Camelum*. Propterea quod eo tempore quo rei venerem intentus est, usq; adeo sibi timeat ab omnibus,



*ut solitudines petat, quo solus solam  
affectetur faminam.*

## HIEROGLYPHICA

*Singularum anni par-  
tium.*

*Cista florum, Authore Eusebio Ver  
significat, quia Vere cuncta florescunt.*

*Cista spicis referat, eodem teste, aesta-  
tem denotat, quod aestate segetes & spi-  
ca demetantur.*

*Cista omnis generis fructibus, vel cor-  
nucopia uvis & pomis plenum Autum-  
num indicat.*

*Cista in Mensa cum his fructibus  
posita, Hyemem significat, quia fri-  
gus & quies post atatis labores parat,  
terraq; opes congesta ad lauta vita ge-  
nus incitare videntur.*

*Ver placidum vario nectit de flore  
(Coronas,*

# FLORILEGVS

*Spicea ferta gerit calidissima solibus*  
( *estas,*

*Temporaq; Autumni cingunt tua Ba-*  
( *che racemis,*

*Tristis Hyems montes niveo velamine*  
( *vestit.*

*Amicitiam omnibus rebus*  
*humanis anteponamus. Nil*  
*enim tam nature aptum est,*  
*tam conveniens ad res*  
*vel secundas vel*  
*adversas*

FINIS



Per ineuriam si quæ Typographica  
irrepserint sphalmata, vel sic  
corrigat Lector.

*In Epist. ded. §. porrò in fine pro agree,  
agere. Item pesteritati, posteritati.*

*Ad Lectorem in prin. pro votis, notis.*

*Sub lit. A. ibi Adulterium, pro Marana,  
Murana. It. pro impetum impetitum.*

*Sub l. D. dißolutio pro cuncum, cuneum.*

*Sub l. F. pro Falum, Fatum.*

*Sub l. I. Insatiabilitas, pro hirudinem,  
hirudinem.*

*Sub l. M. Mulierem, pro mordi cuius,  
mordicus.*

*Sub l. P. Paupertas, pro cinelum, cinclū.*

*Sub l. S. Sangvinarius, pro hirundinem,  
hirudinem.*

*Sub l. V. pro unacula, vincula.*

*Sub l. Z. Zelotypia, pro rei venerem, rei  
venerea.*

